

Notitiae Ecclesiasticae saeculi IV.

canonicos receperet, quos eodem post tam multa facula iternum recensuit Tridentinum. Prater Carthaginem Catalogum can. 10. comprehensum, summi illorum temporum Pontifices sanctitate & sapientia conspiciunt, pates omnino Sacerorum librorum canonem texerunt, in quibus libri Tobiae, Judith, Sapientia, Ecclesiasti, & duo Machabaeorum connumerantur. Innocentius primus episc. ad Exuperium, Gelasius primus in decreto de libris Sacris, in Concilio Romano Episcoporum septuaginta, Augustinus lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 8. Isidorus lib. 6. etymologiarum cap. 1. Cassiodorus lib. 1. divinorum lectionum. Et vero Laodiceus canon subiect Apocalypsim, quam Calviniani inter sacros libros recipiunt. Ex opposito iudicem librum Baruch rejiciunt, quem Laodicenus canon recenset, ejusque divinam atrauit auctoritatem. Hæreticis id proprium est ac singulare, ut illis qua circa fidem Ecclesia divino movente Spiritu pronunciavit, auctis praefacte refragari: cum ex adverso Ecclesia Christi, dum res adhuc in incerto sunt, & nequum Spiritus Dei certissima illustratione dignatus est ei manifestare, suum modeste suspendat judicium, donec Deo vixit fuerit eam pleniori luce collustrare, quae deploratur ambiguitas, intia quam se modeste continuit. Licit olim gravissimi & sanctissimi Theologis, ex quibusdam Apocalypsis locis necdum satis explicatis esse Chiliasm, Papæ Hierapoli Episcopo, Irenæo Lugdunensi, Justino, Lacantio, Victorino, Severo Sulpicio, & qui doctus quidem sed non sanctus fuit, Tertulliano, qui nunc tamen sensus heretici saperet. Licit patiter olim non modo Judeis scriptoribus Philoni & Josepho, sed etiam Justino Apol. 1. Clementi Alexandrino lib. 2. divin. institut. cap. 15. viris eruditis docere & scribere, dejectos celo suis malos angelos, eo quod in terris cum feminis congressi essent, exilimantibus filios illos Dei apud Genesim, qui cum filiabus hominum commixti fuerant, suis angelos cali. Sed postquam plenioris lucis accessione Ecclesia vera illius loci sensus illuxit, id non affirmaretur citra placitum. Hoc idem faciendum judicium de canonis quibusdam Scripturis, rebus nondum satis perspicuis & exploratis.

SYNODUS ALEXANDRINA
sub Liberio Papa ann. Chr. CCCLXII.

I. Occasione Arianae hæresis multæ apud Alexandriam Synodi convenere, duæ quidem sub Silvestro Papa Romano, aliaque bīa sub Pontifice Liberio. Primam Alexander Alexandrinus Praef. convocabat centum Episcoporum, quorum decreto Arius hæreticus fuit declaratus, communione ejus & Sacerdotio exauteratus, anno, ut optime ex testimonio Lacantii & Orosii, & ex actis Basili Amaseni Episcopi & martyris colligit Baronius, trecentesimo decimoquo. Huic idem qui convocat, præfidi Alexander. In secunda iudicem omnes, qui in præcedente interfuerant, una cum Alexando confederunt Episcopi, sed presidente Apostolico Legato Osio, quem Silvester Romanus cum ampla potestate transmisserat; & qui per Nicomediam transiens, litteras a Constantino ibi tunc agente accepérat; quam ob causam Athanasius Synodus istam vocat generalē ob præsentiam Legati Apostolici Osii Cordubensis Episcopi, contigitque anno 319. In hac ut scribunt Athanasius Apol. 2. & Socrates lib. 3. cap. 5. non solum condemnatus est Arius, sed etiam Sabellii dogma, omnem divinarum personarum distinctionem realē amoventis. Colluthionem etiam Alexandrinum Presbyterum, qui temere sibi Episcopalem arrogabat potestate, jamque permultos clericos confecrata, Osius in ordinem rededit, sed schismaticus iste se Ariani & Meletianis adjunxit, multaque deinceps tempestates excitavit.

II. His successit tempore Liberii tertia Synodus Alexandrina, restituto in pristinam sedem Athanasio. Ultor enim injuria sibi a Constantino irrogata Filius Dei, quem ille ad culmen impietatis hottatore Acacio Cæsaræ Palæstina Episcopo confendens, Patri dissimilem nova edita formula credi jussérat, ad tremendum ejus, quem deprimit voluerat, judicium evocatus Constantinus vacuum imperii locum morte sua Juliano relinquit, qui sumpta rerum potestate, omnes ab Ariani regalatos Episcopos, ipsumque Athanasium in pristinas sedes revocavit. Tum Liberius, qui ad clavum & regimen universalis Ecclesie fedebat, nihil prius & antiquius habuit, quam ut Ecclesie ruinas instauraret, Arianosque ad Ecclesias finum invitaret, reducensque paterna caritate complecteretur. Hic in primis magni nominis Episcopos Eusebium Vercellensem Episcopum, & Luci-

ferum Calaritanum adhuc in Oriente, quo eos Constantinus relegaverat, commorantes, Legatorum Apostolicorum auctoritate decoravit, ut in Oriente collapsas Ecclesias simulque Orthodoxorum dejectos animos erigerent.

3. Interea regressus Alexandriam Athanasius Episcopus ad Concilium illuc celebrandum convocavit, ad quod invitatus Lucifer duos vice sui Diaconos subdelegavit, eum interim Antiochiae hæreret, ut illi Ecclesia schismate divulgata, quod superius retuli, provideret. Cumque eset ingenio ad rigiditatem severitatemque admodum proclivi, Meletio Episcopatum & partes, eo quod Ariani olim confessisset, minime approbans, oppositus Meletio Eustathianus Episcopum dedit & sacravit Paulinum. Synodus vero Alexandrina, præsidente Athanasi, studens paci & concordie communis, decrevit ut Ariani Episcopi, presbyteri & Diaconi de lapsu restigentes recipersintur in Ecclesiam cum pristinis gradibus. Hoc decretum Lucifer dispuicit, ut erat inflexi animi, non tamen apte obniti ausus est ei, quod Diaconi, quos subdelegaverat, subscriptione sua communierant, & cui ceteri omnes confensum præstiterant, ut scribit Rufinus. Quinetiam cum Vercellianus Episcopus Eusebius, soluto Concilio Alexandrino, cui studiose suffragabatur, Antiochiam concessisset, neque satis Luciferi apud eam gesta probaret; ite iniquo ferens animo se ab Eusebii communione subduxit. Et quamprimum in Sardiniam reversus, omnium aversatus est communionem Episcoporum, qui per Ariorum fraudes Ariminensis Concilii professioni subscriventer, simulque eorum omnium qui eodem sub penitentia recipiissent: tametsi Liberius restituenda pacis desiderio flagrans, missis ad omnes Italiae Episcopos litteris, quæ superfluit inter Hilarii fragmenta, mandatis esse recipiendos. Atque ita confitatum est Luciferianorum schisma.

4. Multa præterea in hac Alexandrina Synodo constituta sunt, ut perhibet Socrates lib. 3. cap. 5. ibi quippe præscripta & damnata est Macedonii & Eunomii hæresis aduersus Spiritus sancti divinitatem, simulque alia hæresis, que recens emergebat, Apollinaris, qui animam humanam ac rationalem a Christo removebat. Innovatum quoque fuit præcedens alterius Alexandrini Concilii sub Papa Silvestro decretum, cui Osio Legatione Apostolica per Orientem fungens præfederat, quo reprobatum fuit Sabellii dogma omne divinarum Personarum reale distincionem tollere. Ut vero diserte fides Trinitatis explicari posset, neve fideles ex verborum penuria videtur hæresi Sabelliana consentire, statutum eodem Osio præsidente fuerat, Synodo præcedenti Alexandrina, utendum esse nomine *τούτος*, ad significandam unam communemque trium naturam Personarum, & *τριάδας*, ad exprimendas singularia personarum distinctas proprietates. Que eadem vocum usurpatio hac altera Synodo comprobata est, auctore & præfide illius Athanasio. Sic tamen ut tam Græcis quam Latinis liberum effet propriis Linguarum suarum nominibus uti, ne circa voces certainam exaraderetur, modo nulla esset in re discrepantia; ut teflatur & impense laudat Gregorius Nazianzenus; orat. in laudem Athanasi. His tamen adversari videtur Synodica Patrum Sardicensium epistola ad totius Orbis Episcopos, quam refert ad longum Theodoritus lib. 2. hist. Eccles. cap. 6. in qua continentur hec verba: *Nuper vixera duas ex apide Arianae prodierunt Videlus & Ursacius, qui gloriantur & non dubitant se dicere Christianos, qui & Verbum & Spiritum crucifixum & vulneratum & mortuum esse & resurrectisse: quodque hereticorum coloris contentant, diversas esse hypostases Patris & Filii & Spiritus sancti pronunciant, & eas separatas esse. Nos autem hanc percepimus, & didicimus, & banc habemus Catholicam traditionem & fidem arque confessionem, unam esse Hypostasim, quam ipsi heretici usum vocant Patris & Filii & Spiritus sancti. Et si querant que sit hypostasis Filii, profitemur eam esse que & Patris esse solam, in confessione. Neque vero unquam Patrem sine Filio, neque Filium sine Patre fuisse, nec esse posse sine Spiritu.* Itaque ob diversas que uni eidemque voci attribuebantur significations, factum est, ut hypostasis a diversis itaque orthodoxis Synodis & approbaretur & reprobaretur: quod idem antea contigerat in vocabulo *Confessionalis* tantopere ventilato, quod anterior Synodus Antiochenorum vacuum imperii locum morte sua Juliano rejecerat, ac prohibuerat. Synodus autem Nicena postea ut cardinem fidei sua prælegerat & complexa fuerat, ob diversa ejusdem voci significata.

5. Sane inter Catholicos, non autem hæreticos, ut addicimus ex Hieronymi Epistola ad Damasum, de proprietate vocis *Hypostasis*, gravis agitata est concertatio, his Ariani finum, illis Sabellianis finum invicem expatriantibus; cum tamen re ipsa omnes veram de Trinitate fidei

Synod. Alexandrina sub Liberio ann. 362.

111

fidem tenerent. Ipse Hieronymus suspectam sibi ibidem asserit Hypostasis dictione circa divinas Personas, eo quod Hypostasis Latine substantiam sonet: esse autem tres in divina Trinitate substantias seu essentias, mens eius respuebat assentiri. Ideoque supremam Sedem ut oraculum consulit, cuius tamen ignoratur responsio. Hilarius quidem lib. de Synodis admittit dici posse tres in una Deitate substantias. Ex adverso Augustinus lib. 6. de Trinit. cap. 8. & 9. lib. 7. c. 4. & Tertullianus lib. contra Præteam, & Concilium Toletanum secundum, cap. 1. & Lateranense sub Innocentio III. can. 2. ut taceat Hieronymus loco prefato, unicam in Deo substantiam assentir, tres vero constanter negant. Sed hi substantiam pro essentia intelligent. At Hilarius non alio sensu de tribus assert, quam eodem significato quo Sanctorum confensus Patrum tres admittit Hypostasis: tametsi littera foli inheret, Hypostasis Graece nihil aliud fonet quam Latinum nomen *Substantia*, ut ait Hieronymus: utique enim vox Graece Latineque duas complectitur voces, *sub* & *ſtare*, sed mens pronuntiantis potius est attendenda quam origo grammatica, tunc præterim quum vocabulorum penuria laboratur. Et quidem Apostolus Hebr. 1. unigenitus Patris vocat *Xapænta τῆς ἵναστας αὐτῷ, χαρακτηρὶ Hypostasis eius*, pimorum Patris, quam hypostasis sancta Ecclesia vertit *Substantiam*, dicens, *figuram Substantiae eius*. Ariofotes quidem in Categoris seu prædicamentis vocat *τοῦτο*, quam Latini philosophi substantiam dicunt; eoque sensu non sunt in divinis assentir tres essentias seu substantias, Athanasius vero passim singulis divinis Personis distinctas tribuit hypostases. Et in tertio de sancta Trinitate dialogo ait, Abrahamum in tribus hypostasis unicum agnoisse Dominum, Basilius Magnus epist. 43. ad fratrem suum Gregorium Episcopum Nyssenum de differentia usus & hypostasis docet, usum in Divinis esse aliquid tribus commune Personis, hypostasis vero esse unicuique Personæ singulari, & alteri minime communicabilem. Gregorius etiam Nyssenus eandem tradit doctrinam Catechetica orationis cap. 1. Omitto epistolam illam Basili 43. ad Gregorium fratrem, ab aliis ipsi Gregorio Nysseno, & inter ejus operas connumerari cum inscriptione Gregorii Nysseni ad Petrum fratrem.

2. Synodus ista sub Romano Pontifice Damaso, Imperante Theodosio seniore, ann. Christi 381. celebrata est tres potissimum ob causas. **Primum**, ut Nicena fides tota jactata procello, atque adeo multis Pseudosynodis reprobat, diversi Arioranorum turbibibus, in integrum restitueretur. **Secundo**, ut Ecclesia Constantiopolis Praef. orthodoxus eaque fide dignus preficeretur, quam Ariani Episcopi Eusebii & Nicomedia accitus, Macedonius, Eudoxius, & Demophilus alteri succedentes miserrimi labefactaverant. **Tertio**, ut Macedoniana hæresis profigaretur. Macedonius qui una cum Basilio Ancyrano, Eleafo Cyziceno, aliquique quibusdam formulae fabricatoribus Semarianis Filium aeterno progenitori similes assentibus, graves habuerat in Seleucieni Concilio ab eo repudiat, & aliisque quibusdam absoluimus Ariani inde dictis Anomœis, quia omnem Filii cum Patre similitudinem respuebat; ite inquam Macedonius, cum suam apud Constantinopolim formulam prævalere vellet, in oppositum acriter contendentibus Acacianis, a Constantio Principe, qui Acacianis adhærebat, tamquam fedelitus de sede illa detrusus, atque in exiliū ejectus est, suscepit ei Eudoxio ex Anomœorumfecta. Sic ergo delitatus, atque in ordinem redactus, & extoris Macedonius, novam invenit adversus Spiritum sanctum hæresim, affirmando esse Patri Filioque dissimilem, utroque longe inferiorē & utriusque fermum. **Primum** hanc hæresim scriptis confutavit Athanasius generosissimum confubstantialis, cum Patre Filii sanctique Spiritus assertor, geminaque hæresis expugnator, cum in tribus luculentissimis ad Serapionem contra dogmam istud Macedonianum epistolis, tum in tertio de sanctissima Trinitate dialogo, qui totus veratur in Macedonio resellendo, tum in aliis passim tractatibus.

SYNODUS
OECUMENICA SECUNDA
Anno 381. Constantinopoli celebrata simulque
Romana sub Damaso, &
Aquiljeni.

3. Unanimi consensu Damasus & Theodosius istud generale Concilium indixerunt. Nec enim legitimum fuisse sine universalis Pontificis consensione. Ipse namque Damasus de multum numeroiore Concilio Ariminensi, cuius tamen infensus & luctuosus toti Ecclesie fuit exitus, sic scribit, attestante Theodosio lib. 2. cap. 17. ad Episcopos Illyrici: *Negat enim prejudicium aliquod fieri potius per numerum Arimini congregatum, quod constat neque Romanum Episcopum, cuius ante omnia expectanda erat sententia, neque Vincentium, qui tot annorum Episcopatum integre gesserat, neque alios talibus præbuit consensum. Vincentium idcirco nominat, quia in eo Conciliabulo, & ante in Niceno sacra Concilio Legati Apostolici functus fuerat officio. In Synodo pariter oecumenica Chaledonensi actio. I. vocatur in judicium reus Diocorus Alexandrinus hoc nomine: Quia cum nec personam judicandi haberet, subrepit, & Synodum ausus est facere, sine auctoritate Sedis Apostolica; quod nunquam rite factum est, nec fieri licuit. Igitur neque in isto, quod præcesserat, Constantinopolitanum Concilio. Socrates etiam lib. 2. cap. 17. affirmat id in canone Ecclesie receptum esse. Julius etiam Romanus Episcopus in epist. ad Episcopos Orientales, quam refert integrum Athanasius apologet. 2. afferit id.*